



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 15. Rudolphus Ecclesiæ Romanæ jura confirmat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

Sæcul. XIII. num militarium Equites, nimirum Tem-
A.C. 1278. plarios, Teutonicosque, ac Hospitalarios
concitaturum esse.

§. XV.

*Rudolphus Ecclesiæ Romanæ jura
confirmat.*

Papa Nicolaus jam inde ab initio sui pontificatus magnam gerebat curam firmandi, amplificandique temporalia Ecclesiæ Romanæ per Italiam jura tam apud Rudolphum Romanorum Imperatorem, quam apud Carolum Siciliæ Regem. Ad Rudolphum quod attinet, omnes Imperatorum donationes ratas habuit secundum tractationem hujus rei per Gregorium X in Lugdunensi concilio inchoatam : & hoc fine Conrado Tubingano Fratrum Minorum Ministro per Germaniam Superiorem Provinciali amplam dedit potestatem confirmandi omnia, quæ cum Gregorio acta erant, & consentientiæ. At ut Ecclesia Romana adiret possessionem bonorum omnium illis donationibus contentorum. Procurationem 19 Jan. an. 1278 Conrado detulit. Qui proinde Romam profectus, ibi 4. Maji coram Papa & duodecim Cardinalibus muneri suo fecit satis.

Rayn. n. 45.

n. 47. 48. Et c.

At

At interea Rudolphus Regis Roma- Sæcul. XIII.
norum Cancellarius in Italiam ad Impe- A. C. 1278.
ræ jura ibi recuperanda missus multis in
urbibus Status Ecclesiastici, inter alias
Bononiæ, Fori-Cornelii, Fayentiae, Fori
Livii, Cesenæ, Ravennæ, Arimini, Urbi-
nique Regi fidelitatis jusjurandum dici
curavit. Cum Papa hac de re conque-
stus esset, Rex Rudolphus Cancellario
suo contradicens, illi Godefridum Solien-
sem in dioecesi Salisburgensi Præposi-
tum, suum Archigrammateum (Protono-
tarium vocant) misit, qui Viterbii in fre-
quente Senatu pontificio Regis Rudol-
phi nomine juramenta his in urbibus edi-
ta declaravit nulla, easque ad Romanam
Ecclesiam pertinere agnovit. Tabulas
publicas dedit 30 Jun. an. 1278.

Harum urbium & totius Regionis
Æmiliae possessionem capturus Papa eo
Legatum misit suum nepotem Latinum
Cardinalem Episcopum Ostiensem. Co-
gnatos enim suos magnopere amabat,
dicebaturque post boni exempli vitam in
juventute sua, immo etiam in purpura
ductam, eorum persuasu, ut fortunis au-
gescerent, magna suscepisse molimina
usque ad sacrorum nundinationem, ita,
ut modico, quo vivebat, tempore illos
fundis, arcibus, ac præsente pecunia di-
tiores omnibus Romanis redderet. Præ-
terea, ut ajebant, Regem Rudolphum,
ut

n. 51.

n. 53.

n. 55.

Sæcul.XIII. ut Bononiam ipsi ac Æmiliam (Roma-
A.C. 1278. niolam vocant) cederet, solverat religio-

ne voti terram petendi sacram, poenaque,
in quam is incurrerat, illi non faciens la-

Malesp. latis. Ita loquitur Ricordanus Malespinus
c. 204. Florentinus illius temporis scriptor. Ut

autem Rex Rudolphus de Romanæ Ec-
clesiæ jure in Æmiliam, urbesque in quæ-
stione positas penitus edoceretur, Papa
ei misit exempla seu apographa jurium
suorum, nempe donationis, quam Impe-
rator Ludovicus Pius fecerat, & confir-
Rayn.n.57. mationum, quas Otto I & S. Henricus
dederant, postquam earum archetypa
Fratri Conrado Rudolphi Procuratori
monstraverat.

§. XVI.

Fœdus cum Carolo Rege Siciliæ.

Rayn.n.64. **Quod spectat ad Regem Siciliæ Caro-**
lum, Papa Nicolaus Regem Rudol-
phum monuit, ut fœdus cum illo percu-
teret; ac hoc fine Fratrem Conradum
Romæ retinuit, cui Religioso Rudolphus
reapſe 5 Sept. an. 1278 hanc pactionem
ex Papæ arbitrio conficiendi potestatem
plenam dedit, junxitque suum Archi-
grammateum Godefridum eadem facul-
tate præditum. Inter alias conditiones
postulatum est, ut Carolus Imperii Vic-
arius per Hetruriam esse desineret secun-
dum

n.66.